Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilatoribus et legalibus impedimentis non afferendo Ad quietationem vero proximos terminos officii praefati Castren. Pre- misliensis dilationem sibi non recipiendo. Nullasq[ue] motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello commis- tioneq[ue] et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Harum praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Abrenunciat

Włodkowa Wysoczanskie° Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Generosa Helena Wysoczanska olim Generosi Lucae Wysoczanski cum olim Generosa Catharina Lelitowska procreata filia Generosi Nicolai Włodek consors legitima cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et et tutorio ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisdictioniq[ue] ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsi per manus Generosi Joannis Wysoczanski fratris sui recognoscentis germani suo et Stanislai Thomae Stephani fratrum suorum nomine de bonis paternis et maternis de recognoscen. iure Divino et naturali inter alios consuccessores suas concernen. sufficienter et plenarie satisfactum est ob quam plenariam pro praemissis satisfactionem et in vim dotis sui expeditionem praefato fratri abdicat abrenunciat perpetuo Perpetuumq[ue] ratione praemissorum imponendo silentium.

Charczowski Suskiemu Debet.

Comparens pers. coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien.

Generosus Sebestianus Charzowski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competent[ibus] recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam liber publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generoso Stanislao Suski et eius posteris summam mille floren[orum] polon[icalium] modo certi veri iusti et liquidi debiti mutualiter apud ipsum Creditorem sumpti pecuniae quemlibet florenum grossis triginta polon[icalibus] computando tenetur atq debet Quam quidem summam suprascriptam mille floren[orum] polon[icalium] is idem recognoscens Generosus Charzowski suprascripto Generoso Suski et eius posteris debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibuscunq habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime ex immediate venturo dare solvere numerare et coram officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus reponere et relinquere repositamq et relictam summam eandem rursus ab eodem officio non effalcumbere nec aurfam vel modo quovis indibere Idq sub vadio similis summae mille floren[orum] polon[icalium] per praedictum recognoscentem Generosum Charzowski sive eius Successores suprascripto Generoso Stanislao Suski Creditori suo vel ipsius Successoribus ob non solutionem summae suprascriptae tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito ac pro re aliqua principali ex praemissis non soluta solvenda citatus existens memoratus recognoscens Generosus Sebestianus Charzowski sive ipsius Successores ad instantiam suprascripti Generosi Stanislai Suski Creditoris sui sive ipsius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc necesse suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper pro primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere respondendum vadium praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum

servitio

Servitio militari ad munimenta ad Exercitorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem illam proximas terminis 867

Officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones

et appellationes ab eorum proventiones faciendo Ac praemissa omnia praemisso simpli-

cibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione

Terresti bello conventioneque et alijs quibusuis iuris remedijs et facti defensis

non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali

recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wlodek Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien. Gene-

rosus Nicolaus Wlodek sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Juri-

bus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprius et competen. recedendo Praesenti vero

Castrensi Capitan. Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se

cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando

atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gene-

rosa Helisabetha Wysoczanska olim Generosi Lucae Wysoczanski cum Generosa

olim Catherina Seliborska procreatae filia sui vero recognoscentis consortis legi-

timae et illius posteris summam mille Quingentorum floren. polon. pecuniae mo-

netae et numeri polon. ratione vera dotis et expeditionis post ipsam accepta et in

bona sua importata Nec non aliam similem summam mille Quingentorum floren.

polon. ratione certi veri et iusti dotalitii in et super tota et integra medietate Bono-

rum suorum generaliter omnium mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum

summarumque quarumuis pecuniariarum nunc habitarum et in post habendarum Nec non

auri argenti clenodiorum monilium vestium vestimentorum Equorum Equinarum pecorum

pecudum atque totius supellectilis domesticae quouisque nomine vocetur nunc et in post

habend. dedit donavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout quidem dat dotalitiat inscribit

et reformat praesentibus Quam quidem medietatem omnium bonorum suorum haereditariorum obliga-

toriorum mobilium immobilium cum omni iure dominio et proprietate omnibusque et singulis

dictae medietatis utilitatibus fructibus proventibus redditibus usibus emolumentis omni-

modis attinentijsque et pertinentijs generaliter universis nullis penitus exceptis spectan.